

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Prelacio bp cum uariis

Sit episcopus temperans et non superbus, sit reuerendus, sit negociis opportunus, regentis quoque auctoritate dignus et plenus sit. Sit etiam secretus, sit mitis et humilis, sit liber et uehemens, sit etiam mansuetus et constans ut eum quem dignum esse uiderit cum multa potestate absistat, eciam si uniuersi obstiterint indignum, etiam si multorum suffragia eum prosequantur cum eadem auctoritate respuat, nichil aliud respiciens nisi edificacionem ecclesie, nunquam faciat odio uel fauore.

Crisostomus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

reuerendus] recundus (*cor. intra*) C; secretus] seuerus V² L¹ L²; constans] constant (*cor. intra*) C; absistat] absisto (*cor. intra*) B, assistat P V¹, sistat V² L¹ L²; etiam] et C; obstiterint] etiam *add. (del. sub lin.)* B; nunquam] non quicquam L¹ L²; fauore] amore P V¹ V² L¹ L²; Crisostomus *om.* L¹ L²